



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

8. Ascensio, Typus est gloriae, & nostræ pignus fidei.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Christi-  
surgens  
uimphi.

Redit tamen illa mens, redit victrix, glorie  
sue splendore quasi purissimis vestibus ami-  
cta, innumeris Angelorum beatorumque ci-  
uium choris septa, quorum alij (opinor) tri-  
umphos canunt victori, alij gaudio tripudi-  
ant, alij palmas, & lauros praefereunt, alij iu-  
cundissimam caelestium florum messem ple-  
nis manibus inspergunt. Interim anima sub-  
tiliter influit in corpus, quod in morte reli-  
querat, sui que pene simillimum facit: Nam la-  
pidem statim permeauit, nec eius subtilitati  
marmoris soliditas resistit. Et vbi tam oris pal-  
lor? vbi illira sputorum feditas? vbi concre-  
tus sanguis? vbi spinarum vestigia, vbi liuen-  
tes humeri? vbi manantes cruoris tui? vbi fla-  
gellis artus concisus? Tam breui momento tan-  
tae ignominiae fuligo deterfa est, & glorie ful-  
gor occupauit omnia. Et nunc quidem frons  
serena, nunc illustres oculi, nunc ad gratiam  
rubescentes genae, nunc os purpureum, nunc  
collucet, & vibrat auro caefaries; ad summum  
totus est quasi sol prorumpens e nube.

Christo  
admira-  
bilia pul-  
chritudo  
resurra.  
Gregorius  
Nyss. orat.  
de resur.

Ωσπερ κατὰ τὸ προκείμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θεῶμα ἐγφᾶς περιεστράφη, τὸ τὰς ὄψεις ἐκ ὑπὸν λαμπρῶν ἐξανιζόμενον. οὐτὴν πᾶτα ἡτὸ χριστοῦ εὐλογία κατ' ἀνάστασιν λάμπουσα, τὸ τοῦ ἡμῶν τὸ μέγα φῶς ἀπεργάζεται.

Non aliter quam in spectaculo nobis aliquo  
proposito lumen vnum ex innumeris facibus  
conflatum perstringeret aciem oculorum, sic  
omnis Christi benedictio in resurrectionis ful-  
gens gratia, magnum animis. nostris splendo-  
rem immittit.

Ascensio typus est gloriae, & nostra pignus  
fides.

C A P V T VIII.

Specta deinde triumphos ex hac victoria  
consequutos, & videbis non quidem qua-  
drigis albis per laureatas militum cohore-  
tes volantem, sed lucida nube circumfusum,  
penetrantem in illas aeternis sideribus illu-  
minatas domos, suae glorie iam diu destina-  
tas. Quae gradientis maiestas, quae oculorum  
fulgura, quis vultus splendor, quae lux ex to-

Christo  
ascendit

to corpore defluit? Mirantur illibati stellarum  
ignes, obstupescit luna, sol ipse moderator  
siderum, fons, & dispensator luminis, suas te-  
nebras cum tanti luminis fulgore comparatus  
ingenuè fatetur, caeli deinde omnes sanctissi-  
mo horrore perfusi, certatim sibi tam sanctum,  
tam augustum, tam diuinum, hominibusque salu-  
tare sidus, omnibus votis desiderant; verum  
maius est quam vestris sedibus detineatur,  
longius ut apparet, progreditur, & recta in-  
uolat in aeterni Patris sinum. Aperiuntur illic  
tot saeculis clausae fores, & caelestis trium-  
phator ingreditur. Quanta, quam velocitatem  
stupenda caelestium militum acies occurrunt  
intranti! qui vultus! quae lumina! qui appa-  
tus! qui flores! quae suffimenta! qui venien-  
tium hinc & inde beatarum mentium concursus!  
quae colloquia! quis amor! quae vniuerso-  
rum laetitia! Qui Patris aeterni, & filij comple-  
xus! quam sancta! quam suavis! quam fidelis  
consociatio! hoc ne Angeli quidem possunt  
dicere.

Ascendit in caelum, ad Patrem scilicet fr- D. Amb.  
etiam carnis praefereus, in discipulis iustitia semi- ser. de  
na derelinquens, Dominum euntem ad caelos ratione  
non praecedit, sed comitatur gloriosa captiuitas; scilicet  
non ante vehiculum ducitur, sed ipsa euehit sal- Penult.  
uatorem: Quodnam enim ministerio dum filium  
Dei filium hominis suscollit ad caelum ipsa ca-  
ptiuitas portat, & portat.

Panegyricorum sacrorum magnam, & vbe-  
rem esse materiam in sanctissima Virgine  
Maria Dei Matre.

C A P V T IX.

Qvod si panegyricorum etiam flores co-  
gitat, & volucris, atque incitata luxuria-  
ri cupit in mulierum laudes oratio.  
Noli, quae, noli apud Isocratem Helenam  
quererere, illam Martis & Veneris luctuosam  
facem, in quam venalis lingua myrocheria,  
lacruentis ingenij diuitias sophista pictior ef-  
fudit.

In promptu est quam laudes, & quae tibi  
laudationis praemium reddat cum fenore, & in  
Puella toties mundi iam prope depositi, & in  
aeternis sordibus ingemiscentis precibus, ac expectantibus  
votis.

Oratio  
volucris  
Helena  
sax. Ma-  
ris & Ve-  
neris.

Mariae  
gentium  
adueniens  
votis.